DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

INCUBO.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS, DE INCUBO;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi Admodum Viri

D. GEORGII BAIRD, S. S. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NECNON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu,

Et Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ Decreto,

PRO

GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

ISAACUS UNTHANK,

HIBERNUS.

SOC. REG. MED. EDIN.

SOCIUS EXTRAORDINARIUS.

Quale portentum neque militaris
Daunia in latis alit esculetis;
Nec Jubæ tellus generat, leonum
Arida nutrix.   HORAT. Lib. I. Ode 22.

AD DIEM 24 JUNII, HORA LOCOQUE SOLITIS.

EDINBURGI:

CUM PRIVILEGIO,

APUD ROBERTUM ALLAN.

M,DCCC,III.

GEORGIO UNTHANK,

PATRI OPTIMO,

DILECTISSIMO,

SUMMO STUDIO

SEMPER COLENDO,

HASCE STUDIORUM PRIMITIAS,

CONSECRAT

ISAACUS UNTHANK.

NECNON,

CAROLO PAULET BOLTON,

ARMIGERO;

DE ENNIS IN COMITATU DE CLARE,

OMNIBUS BONIS ARTIBUS

ORNATO

HOCCE OPUSCULUM

SUMMÆ OBSERVANTIÆ

PEREXIGUUM PIGNUS,

D. D. CQUE

ISAACUS UNTHANK.

So on his night mare, thro' the ev'ning fog
Flits the ſquab fiend o'er fen, and lake, and bog,
Seeks ſome love-wilder'd maid, with ſleep opprefs'd,
Alights, and grinning ſits upon her breaſt.
  Such as of late amid the muſky ſky
Was mark'd by FUSELI's poetic eye,
Whoſe daring tints, with SHAKESPEARE's happieſt grace,
Gave to the airy phantom form and place.
Back o'er her pillow ſinks her bluſhing head,
Her ſnow-white limbs hang helpleſs from the bed,
While with quick ſighs and ſuffocative breath,
Her interrupted heart—pulſe ſwims in death.
Then ſhrieks of captur'd towns, and widows tears,
Pale lovers ſtretch'd upon their blood-ſtain'd biers,
The headlong precipice that thwarts her flight,
The trackleſs deſart, the cold ſtarleſs night,
And ſtern-ey'd murd'rer, with his knife behind
In dread ſucceſſion agonize her mind.
O'er her fair limbs convulſive tremors fleet,
Start in her hands, and ſtruggle in her feet.
In vain to ſcream with quiv'ring lips ſhe tries,
And ſtrains in palſied lids her trem'lous eyes.
In vain ſhe wills to run, fly, ſwim, walk, creep,
The will preſides not in the bow'r of ſleep.
On her fair boſom ſits the dæmon ape,
Erect and balances his bloated ſhape,
Rolls in their marble orbs his gorgon eyes,
And drinks with leathern ears her tender cries.

DARWIN.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

INCUBO.

ISAACO UNTHANK AUCTORE.

MORBUS qui *Incubus* nuncupatur, medicis antiquioribus parum innotuit; ſaltem de eo nil attentione dignum literis tradiderunt. Hæc ſane affectio, naturæ admodum fugacis, et ſomno ſolummodo obrepens, raro ſub ſenſibus cadit, ut ſui rationem redderet. Quæ illis temporibus de natura ejus invaluerunt ſententiæ, conjecturæ pene aniles potius, quam graves medicorum opiniones exiſtimandæ ſunt. Qui autem nuperius huic ope-

ram impenderunt, de eo ſanius judicârunt, et naturam morbi felicius indagârunt; quoniam autem in multis hærent, etſi non apud me eſt litem dirimere, judicia quæ rationi minus congrua mihi videntur, pro virili perpendere, hujuſmodi opuſculis non alienum fuiſſe, duxi.

Sauvage et Sagar Incubum propter reſpirationem laborioſam, quâ comitatur, ad anhelationes referunt. Inter ſuppreſſorios Linnæi annumeratur; et Vogel cui perſuaſum erat, organa, quæ reſpirationi inſerviunt, ſpaſmo affici, hunc morbum ad ſpaſmos relegat. Cullenus demum, qui et anhelationes et ſuppreſſorios inter genera morborum annumerare recuſat, ad neuroſes retulit.

Utcunque autem hi auctores, de genere ad quod Incubus referri debet, diſſentiunt, in eo deſcribendo ſub nominibus Oneirodyniæ gravantis, Ephialtæ, et Incubi parum diſcrepant.

Cullenus ſequentibus verbis eum accurâtiſſime adumbravit.

"Oneirodynia (gravans) ex ſenſu ponderis alicujus incumbentis, et pectus præcipue comprimentis."

HISTORIA.

Incubus, ſomno obrutos ſolummodo adoriens; dum in dorſum * decumbitur plerumque invadit: paroxyſmo inſtante, reſpiratio lenta et debilis evadit; dum ſomnia terrifica et diræ imagines ſenſus male ſopitos, deludunt, exagitant. Accedit nunc

 ſenſus

* Hoc autem non ſemper ita ſe habet, ut ipſe expertus ſum, ſic quoque Swietenius pergit: "I have known this happen to ſome perſons while ſleeping upon their back, and the pillow having ſlipt from under their head, they lay with their necks bent backwards. The ſame thing likewiſe happens to perſons ſleeping upon their ſides with their head bent much forwards, whereby their neck is bent the ſame way." Van Swieten. Comment. in Boerhaav. Aphor. Tom. X. p. 132.

ſenſus ponderis, moliſve immenſæ ſuper pectus incumbentis, quod æger credit eſſe monſtrum horrendum, mortem inſtantem minitans, et gelidus horror mentem concutit.

——— Worſe
Than fables yet have feign'd or fear conceiv'd,
Gorgons and hydras, and chimeras dire *.

Fatum ineluctabile evitare ſtrenue contendit; deficiunt autem notæ vires; lingua immota † manet, et membra voluntati auſcultare recuſant; reſolutis viribus, conamina quæ continuo exerit, ad periculum imminens ſummovendum, irrita evadunt, et gemitus ſolum indiſtincte exaudiuntur.

Pulſus adeo debilis eſt, ut aliquando vix percipi poteſt. Tinnitus aurium ſæpe adeſt.

Cum

* Milton.

† ——Their feeble tongues,
Unable to take up the cumbrous word,
Lie quite diſſolv'd. Before their maudlin eyes,
Seen dim and blue, the double tapers dance,
Like the ſun wading through the miſty ſky.
Thomson.

Cum hæc ſymptomata per breve tempus ſubſtiterint, æger tandem vehementi animi motu, et ſenſu perquam moleſto excitatur; ad ſe gradatim redit; non autem horroris vividus ſenſus ſtatim deletur, ſed remanet donec ſui ſit omnino compos. Paroxyſmo finito levis cordis palpitatio * ſentitur, et ſudor frigidus per totum corpus erumpit, qui tamen præcipue circa pectus, collum et frontem conſpicuus eſt †.

Mens ægrotantis ſenſu moleſtiſſimo quo Incubus ſtipatur, ita commovetur, ut ſæpe reſurgere cogitur, ne in eundem iterum relaberetur.

CAUSÆ.

* Dr DARWIN notat pulſum ejus poſt hujus morbi inſultum nequaquam aſſici.

Vid. ZOONOMIA, Vol. I. p. 288.

† Ipſe ex incubo expergefactus, torporem artuum inferiorum et punctiones quaſdam ſenſi.

CAUSÆ.

Etsi nequaquam in genere verum eſt, ſcientiam cauſarum quæ morbum concitaverint, ad idoneam medendi rationem perducere; res autem in Incubo aliter ſe habet, ut mihi videtur.

Quoniam autem de cauſa Incubi ſententiæ quæ diverſis temporibus prolatæ fuerunt, tantum inter ſe diſſident, inter opiniones tam diſcrepantes, cauſam hujus morbi proximam eruere, imprimis difficile erit. Veterum commenta, ſilentio præterire decrevi, "Sic enim ab antiquiſſimis etiam temporibus, ſolenne fuit, morborum, ſi non omnium, ſaltem multorum originem et cauſas ad numina offenſa aut dæmones iratos, aut ſidera malignius micantia, aut artem magicam, referre, et idoneam, quæque his cauſis reſponderet meden-

" di rationem inſtituere, donec variis piaculis et " ritibus ſuperſtitioſis et carminibus magicis, pa- " catis numinibus aut dæmonibus, expiata et ſe- " mota malignitate ſiderum fruſtrataque magice " quæ noceret et ſic ſublatis eorum cauſis ſemet " urgentibus malis liberarent *.

Qui hujus morbi rationem reddere conati ſunt, et veteres et recentiores medici, ad ſitum corporis ſupinum præſertim reſpexerunt, et morbum huic præ omnibus deberi affirmârunt ; nec lis eſt, quin hæc poſitura maximi eſſe momenti in morbo inducendo ; etſi ſunt caſus, ubi in latus decumbentibus ſupervenerit.

Qui habitu corporis pleniore præditi ſunt, et nimia ſanguinis copia opprimuntur, in hunc morbum facilius incidunt, ut paſſim receptum eſt.

Etſi hoc non omnino negarem, forſan potius ex præconcepta opinione, quam ex rei ipſius obſervatione

* Vid. Conſp. Med. Theor. Præf. p. 31.

vatione deducitur ; certe multos novi, huic morbo proclives, qui ſanguinis plenitudine nequaquam gravati fuerunt ; fatendum autem eſt "That a "plethora, by rendering the circulation through "the lungs leſs free, may help to produce, or at "leaſt increaſe the oppreſſion of the breaſt in the "night mare *."

Inter ſcriptores qui attentionem Incubo recentius impenderunt, Dr Bond primus forſan theoriam de cauſa ejus proxima ſpectabilem protulit. Opinatur dum in dorſum decumbitur, cor pondere ſuo venas pulmonales comprimere, et exinde ſanguinem in pulmonibus accumulari, quo fit ut ventriculus dexter ſe deplere nequit, et fluxus ſanguinis ex venis jugularibus impeditur, congeſtioni ſanguinis in capiti originem daturus. Ex hac hypotheſi ſenſus oppreſſionis circa præcordia, aurium tinnitus, et aliorum ſignorum rationem reddere aggreditur.

Quamvis

* Vid. Whyte's Works, pag. 628.

Quamvis huic auctori ingenioso, situm supinum plurimum ad morbum inducendum conferre, et sanguinem forsan in omni fere casu in pulmonibus, et haud raro in capite accumulari, facile concederem; multa tamen obstant quo minus hæc theoria pro certo haberetur. Secundum enim hanc opinionem, in latus decumbentes Incubus nequaquam adoriri debet, homines autem in hac positura morbo corripiuntur ut ipse expertus sum; hinc ruit theoria Doctoris BOND, quoniam in hoc casu nulla talis causa adesse potuit: neque sane facile concipi potest, cor unquam obtinere situm, qui sanguini ex venis influenti transitum denegaret; et si hoc revera accideret, Incubi paroxysmus positura supina semper induceretur; quod nequaquam verum est. Constat enim leviores morbi paroxysmos, etiam in positura erecta, quosdam in sede post prandium lautiorem obdormiscentes, adoriri.

Dr FORBES multa in hanc theoriam animadvertit, et affirmat fundamento parum firmo Doctorem

Bo D impeditam vis nervosi secretionem pro causa hujus morbi primaria habuisse; quæ certe parum luminis eo offunderet; patet autem Doctorem Bond morbum ad sanguinem in pulmonibus et cerebro stagnantem attribuisse, et secretionem impeditam huic deberi.

Hæc sane mera conjectura est de modo quo cerebrum officio fungitur, quod atrâ caligine obvolutum, semper forsan latebit.

Dr Forbes opinatur Incubum referri debere ad "a certain affection of the energy of the brain, "by which the voluntary and involuntary mo- "tions are greatly impeded," et persuasum habet quandam corporis mobilitatem homines Incubo opportuniores reddere *. Nemo inficias ibit quandam cerebri affectionem morbidam subesse, qua motus et voluntarii, et qui voluntati haud parent, minús facile peraguntur; hoc autem nil explicat, quis enim est morbus, qui non morbida systematis nervosi

* Vid. Differt. Inaug. pag. 31.

nervosi actione comitatur; cerebrum enim omnis sensus et motus origo et fons, arctissimo consensu cum toto corpore conjungitur, et citissime ex aliarum partium malo, morbi fit particeps. Quod ad mobilitatem attinet, morbo certe proclivitatem dare potest, etsi sunt qui in Incubum incidunt habitu corporis omnino diverso præditi.

A hujus opusculi proposito alienum foret his vel aliis theoriis diutius immorari. Si inter opiniones tam discrepantes meam de causa hujus morbi liceat proferre sententiam, incubum ex vasorum sanguinem vehentium debilitate oriri, dixerim. Pulmonum vasa hoc præsertim afficiuntur, et sanguis ibi ægrius movetur. Nova huic opinioni accedet firmitas, si causas quæ morbum concitant, perpendemus.

Hæ enim ad duas classes apte relegari possunt, nimirum quæ vel corpus nimis excitando, vel stimuli defectu debilitatem inducunt.

Prioris exemplum habemus in iis qui poſt fatigationem et cœnam juſto pleniorem Incubo plectuntur. Ventriculus enim cibo gravatus capitis dolori, ſuffuſioni, ſyncopæ, convulſionibus, epilepſiæ et Incubo originem ſæpe præbet, quæ in ſomno facilius incidunt.

> Ex magna cœna ſtomacho ſit maxime pœna
> Ut ſis nocte levis ſit tibi cœna brevis *.

Chloroſi quoque laborantes, quæ huic morbo dicuntur eſſe opportunæ, poſterioris exemplum præbent.

Sunt quoque et cauſæ quæ mechanica actione morbum inducunt, ut aqua in thorace effuſa, vermes in inteſtinis hoſpitantes, et aliæ quæ irritant, vim cerebri tandem imminuunt; vel ſenſu ingrato obdormiſcentem afficiunt.

Facile enim patet omnia quæ cerebri actionem impediunt, infirmant, in vaſa ſanguinem vehementia vim exercere, qua ſanguis lentius movetur; intercedit

* Aud. Prælect. GREGORII noſtri.

tercedit enim nexus quo se mutuò afficiunt maximè conspicuus:—" Though the muscular fibres " of the heart be endowed with a certain degree " of inherent power, they are still, for such action as is necessary to the motion of the blood " very constantly dependent upon a nervous " power sent into them from the brain. At " least this is evident, that there are certain " powers acting primarily, and perhaps only in " the brain, which influence and variously modify " the action of the heart *."

Hic omnia posthabui quæ philosophi et medici hallucinàrunt de modo quo mens et corpus in se mutuò agunt; huic, enim in tenebris adhuc obvoluto dies forsan nunquam illucescet; admonere autem juvat, si verbis medici haud pridem peritissimi uti licet:—" That it has been the misfortune " of most of those who have studied the philosophy of the human mind, that they have been " little acquainted with the structure of the hu-

" man

* Vid. CULLEN's First Lines, Vol. III. p. 229.

"man body, and with the laws of the animal "œconomy, and yet the mind and body are so "intimately connected, and have ſuch an influence "upon one another, that the conſtitution of ei-"ther examined apart can never be thoroughly "underſtood.

Confitendum autem eſt cauſas quæ jam recenſui parum plerumque valere, niſi ſitus corporis quoque ſupinus acceſſerit; hac enim poſitura ſanguis ſegnius movetur. In ſomno quoque motus voluntarii omnino intercluduntur; et ſecretiones, ut vulgo fertur, imminuuntur *.

Plane

* Dr DARWIN huic opinioni adverſatur, ſic enim habet—"In ſleep the ſecretions have generally been ſuppoſed to be di-"miniſhed, as the expectorated mucus in coughs, the fluids "diſcharged in diarrhœas and in ſalivation, except indeed the "ſecretion of ſweat, which is often viſibly increaſed. This "error ſeems to have ariſen from attention to the excretions "rather than to the ſecretions. For the ſecretions, except that "of ſweat, are generally received into reſervoirs, as the urine "into the bladder, and the mucus of the inteſtines and lungs into "their reſpective cavities; but theſe reſervoirs do not exclude "theſe

Plane igitur liquet, ſi qua de cauſa impedimentum motui ſanguinis adeſt, in ſomno gravius incumbere, et eſſectus edere haud ita leves priuſquam æger excitari et motus ad voluntatis arbitrium inſtituere queat. Hinc ſanguis in variis corporis partibus accumulatur; et ſi hoc fieret in pulmonibus quod nequaquam abſimile eſt, eſſectus certe graviores oriuntur, quippe tunc actio organi nobiliſſimi, quod nequidem per exiguum temporis ſpatium ſine vitæ diſcrimine interrumpi poteſt, impeditur; nec mirum ſi ſenſus ſuffocationis et omnia Incubi dira ſigna ſubſequantur.

DIAG-

" theſe fluids immediately by their ſtimulus, but require at the " ſame time ſome voluntary efforts, and therefore permit them to " remain during ſleep. And as they thus continue longer in " thoſe receptacles in our ſleeping hours, a greater part is abſorbed from them, and the remainder becomes thicker, and ſometimes in leſs quantity, though at the time it was ſecreted the " fluid was in greater quantity than in our waking hours." Vid. ZOONOMIA, Vol. I. pag. 308.

DIAGNOSIS.

Quod ad diagnoſin hujus morbi attinet, paucis abſolvi poteſt; quidam eum ex epilepſia ſeparare laborarunt nimio cum negotio; toto cœlo enim ut mihi videtur, diſcrepant; in hoc variæ corporis partes in motus abnormes rapiuntur, in illo motus neceſſarii deficiunt; nec aliquid ſimile habent, niſi utrique in ſomno facilius occurrunt. Status autem quem ſomnus efficit epilepſiæ favere videtur, quippe fibræ aliquamdiu quieſcentes in motus proniores evadunt, et leniore ſtimulo excitantur.

In quibuſdam caſibus apoplexia cum Incubo confundi periclitatur, in utriſque enim motus qui voluntatis imperio permittuntur, abolentur.

In apoplexia autem ſtimuli etiam validiſſimi admoti ſenſum non excitant, in Incubo autem leniores finem paroxyſmo imponunt.

PROG-

PROGNOSIS.

Medici haud parvi nominis, præſertim vetuſtiores, Incubum ſæpius recurrentem graviſſimis malis originem aliquando dare, affirmarunt, et majorem partem horum quos inopinata mors in ſomno ſubito abſtulit, huic morbo ſuccubuiſſe, perhibent; præſertim ſi repletio præceſſerit. Nec dubium eſt quin actio cordis ita interrumpi queat, et reſpirandi difficultas eouſque procedat, ut mors aliquando immineat. Morborum quoque quorundam, ut apoplexiæ, epilepſiæ, paralyſis, maniæ, pronuncium eſt. "Alter Incubi eventus minus "perniciosſus ſolet eſſe, quod ſæpe in paſſionem "cardiacam, aliaſque affectiones pro hypochondriacis vulgo habitas ducit. Novi plures dum juvenes Ephialte, in provectiore deinceps, ætate "ab ea immunes, cordis tremore palpitatione, ali-

"isque circa præcordia et hypochondria doloribus "et spasmis gravissime afflictos".*

Hæc autem perrara sunt, et plerumque nil tale timendum est, si, priusquam morbus inveteraverit, causæ quæ eum concitent, caute evitentur.

In genere quo recentior morbus, et quo leviora signa, eventus felicior erit.

Cum Incubus aliorum morborum symptomaticus est, prognosis ex natura morbi primarii omnino pendet.

RATIO SYMPTOMATUM.

Sensus ponderis pectori incumbentis et spirandi difficultas, ex respiratione impedita propter sanguinem in pulmonibus collectum, ex virium quæ respirationi perficiendæ inserviunt defectu, plane originem

* Vid. Willis de Anima Brutorum, page 351.

ginem ducunt, in hoc ſtatu quoque cordis actio impeditur, et exinde anxietas intenditur. Ventriculus etiam nimio cibo diſtentus, diaphragma ſurſum premendo reſpirationi obeſt; hoc probe experiuntur Helluones poſt cibi ingurgitationem, præſertim cum inſpiratione pleniore opus eſt.

In ſitu quoque ſupino ventriculus cibo gravatus aortam deſcendentem comprimere dicitur, quod ſanguinis circuitum impediendo, ſummam anxietatem excitare poteſt. Hoc autem ſignorum rationem nequaquam reddit, cum homines Incubo corripiuntur in latus decumbentes.

Somnia Horrenda. Etſi judicium in ſomniis parum viget, ſomniantibus imaginatio ſæpe maxime vivida eſt; ſomnia igitur terrifica in Incubo ex ſenſu corporeo* perquam moleſto, quo æger angitur,

* Dr LOWER exemplum cujuſdam profert, qui, capite inclinato, optime quidem dormivit, retrorſum autem flexo, ſubito e ſomno ſomniis horrendis et ſenſu moleſtiſſimo, excitatus fuit; poſt mortem ventriculi cerebri aqua repleti detegebantur.

oriri videntur; iminaginatio enim vaga, ab judicii imperio liberata, monſtrum quoddam in cauſa eſſe fingit, cur tam miſerrime torquetur.

Obſervandum quoque eſt cibum in ventriculo aſſumptum, tanta acrimonia aliquando pollere, ut hoc viſcus nimis irritet; et cerebrum propter conſenſum arctiſſimum qui inter id et ventriculum intercedit, citiſſime in mali conſortium rapitur; et functiones ejus turbantur. Sic enim habet Dr Whytt. "We know that certain medicines "or poiſons, worms, and even corrupted bile, or "other humours, by diſagreeably affecting the "nerves of the ſtomach, produce an oppreſſion "about the præcordia, wild imaginations, fright-"ful dreams, and even inſenſibility; and there "is no doubt that melancholy, low ſpirits, and "diſturbed ſleep often proceed from a diſordered "ſtate of the ſtomach."

Vertigo et aurium tinnitus. Hi ſanguinem caput verſus nimio impetu et nimia quantitate irruentem pro cauſa agnoſcunt.

In

In hoc morbo vaſa capitis turgeſcunt propter impeditum ſanguinis reditum qui pulmonibus infarctis debetur. Aliquando muſculi et nervi auris labyrynthi aucto adipiſcuntur ſenſu et mobilitate, et motus ſponte concipiunt.

Gemitus et *ſuſpiria* ex reſpiratione læſa facile deducuntur. Niſus enim quo dolorem exprimere tentant, propter muſculos laryngis et linguæ voluntati minime auſcultantes, in gemitus et ſuſpiria abeunt.

Inane movendi deſiderium. In ſomno muſculi qui voluntati obtemperant, quiescunt, deeſt enim ſtimulus idoneus. Dum ſomnia autem mentem exercent, homo, motus, quos neceſſarios eſſe credit, a ſe perfici imaginatur; in Incubo tamen aliter res ſe habet, fruſtra enim monſtrum excutere molitur, et jacet omni poteſtate periculi inſtantis amovendi penitus orbatus.

Hoc certe vis nervoſæ defectui, et ſanguini in

pulmonibus

pulmonibus accumulato, et ſenſui oppreſſionis, vires ſuperantis, tribuendum eſt. Aliquando autem accidit ut muſculi qui ex ſenſu moleſto motus concipere ſoliti fuerunt, ad actionem conſenſu quodam cientur, et ad corporis poſituram mutandam valeant.

"Oft' from ſenſation quick volition ſprings,
"When pleaſure thrill's us, or when anguiſh ſtings."*

Pulſus debilis, ex corde debilius micante deducendus eſt. Optime enim innotuit actionem cordis ex ſtimulo quem ſanguis ei impertit pendere; in hoc autem morbo ſanguis nec debita quantitate, nec, ut decet, renovatus, cordi admovetur. In hoc quoque ſtatu cor ſæpe palpitat, quippe, vi, quâ ſanguinem expellit, deficiente, hic tandem in ejus ſacculis juſto abundantius colligitur, et motus abnormes ciet.

Notatu quoque dignum eſt, eos qui corporis compage

* Vid. DARWIN's Temple of Nature.

compage infirmiore præditi ſunt, et quorum fibræ minus rigidæ exiſtunt, ad Incubum videntur eſſe opportuniores; et nil mirum ſi pulſus in tali habitu ex leviore cauſa debilis evadat. * "Porro motus humorum langueſcit ſi obſtructio vel cauſa quævis fuerit, qualis iter impediat vel difficilius reddat."

Terror quo percutitur ægrotans, et *qui plerumque*, ne *iterum in ſomnum incideret, omnino obſtat*, e virium defectione et præſertim e ſanguine in pulmonibus collecta, non ut decet renovata, pendere videtur, idem quoque obſervare licet, in quibuſdam morbis, quos debilitas inſignis comitatur; et præcipue in febribus, cum ad extremum ventum, eſt, et vires vitæ jam deficientes, ſanguinis circuitum per pulmones abſolvere nequeant. DARWIN de hoc agens ſic monet, "In this extreme debility, there is reaſon to believe, that ſome voluntary power during our waking hours is employed to aid the irritative

* Vid. Conſp. Medicinæ. p. 250.

tative ſtimuli in carrying on the circulation of blood through the lungs; in the ſame manner as we uſe voluntary exertions when we liſten to weak ſounds, or wiſh to view any object by a ſmall light. In ſleep volition is ſuſpended, and the deficient irritation alone is not ſufficient to carry on the pulmonary circulation."

Neque ſane incredibile eſt motus quoſdam, quibus diu aſſueverunt ſemet ægrotantes, conſenſu quodam, etiam in ſomno, voluntati nequaquam adjuvante, perfici. Et ſunt caſus qui fortiter ſuadent aliquid motus voluntarii etiam in ſomno obtinere; quidam enim Incubo obnoxii, morbo inſtante inſultus ejus conatibus repetitis, arcere diſcunt. Dr Beddoes exemplum cujusdam phthiſi laborantis profert, qui etiam in ſomno pus, quod expueret, in vaſe ſervabat, ac vigil ſolitus fuerat. Et bene innotuit ſi quis ad horam ſtatutam expergiſci decreverit, ſomnum raro ultra tempus conſtitutum protrahi et "Somnia multum reguntur con-

" ſuetudine,

" ſuetudine, ita ut quidam omnino arcere, alii " ſua ſomnia quodammodo dirigere didicerint*."

Si autem hæc rei rationem reddere non valent, licet verbis Ciceronis uti " Sufficit ſi quid fiat intel- " ligamus, etiamſi quomodo quidque fiat, ignore- " mus."

METHODUS MEDENDI.

In hoc morbo conſilia medendi ad duo capita referri queant :

I. Cavere omnia quæ morbi reditum inducere poſſunt,

II. Paroxyſmo occurrere, ad finem quamprimum perducere.

Quæ priori conſilia ſatisfaciunt remedia, ex iis

D quæ

* Vid. Conſp. Med. Tom. 1.

quæ roborant, corpori univerſo vigorem imperti-unt, deſumenda ſunt, ut cortex peruvianus, ferri præparata; exercitium in aëre frigidiuſculo; balne-um frigidum, diæta nutriens; et vinum.

In cinchona adminiſtranda cavendum eſt ne vomitum cieat; ſi igitur propter hunc effectum pul-vis ipſe non reſpondeat, in vini cyatho exhiberi aut aliquo cum aromatico conjungi queat; ſæpe eodem autem conſilio, atque etiam ſine incommodo, decocto, tinctura, extracto, vel infuſo hujus remedii præpollentis uti liceat. Hæc enim præparata etſi haud æque ac pulvis valeant, vim corpori ſæpe con-ciliabunt. Sin minus grata fuere, alia remedia in promptu ſunt, ut ferrum vitriolatum, ferrum am-moniatum, tinctura ferri, et præſertim aquæ chaly-beatæ; quæ duplici modo proſunt, ſi ad fontes bi-buntur; tunc enim corporis exercitatio neceſſaria eſt, quæ aliquando plus quam aquæ valeat. Ae-ris quoque mutatio habitui obſtando, quo morbus ſæpe confirmatur, et vires acquirit, multum pro-deſſe poteſt.

Quod

Quod ad balneum frigidum attinet, remedium ſæpe præſtantiſſimum eſt, et corpus multum firmat, mobilitatem corrigit, et forſan ſi æger non admodum debilis fuerit, aliis remediis palmam præripit.

Ad cibi concoctionem ſedulo reſpiciendum eſt; et omnia quæ ventriculum onerare poſſunt, vel vires concoctrices turbare, cautiſſime ſunt evitanda.

Sit cæna præſertim levis, concoctu facilis; et aliquando etiam leviſſima non concedenda eſt.

Potus ex cereviſia forti (quæ *Porter* vocatur) vel ex aqua cum modica vini quantitate commixta, conſtare debet.

Now hear what bleſſings temperance can bring,
(Thus ſaid our friend, and what he ſaid I ſing):
Firſt health; the ſtomach cramm'd from every diſh
A tomb of boil'd and roaſt, and fleſh and fiſh;
Where bile and wind, and phlegm, and acid jar,
And all the man is one inteſtine war;
Remembers oft the ſchool-boy's ſimple fare,
The temp'rate ſleeps and ſpirits light as air.*

* Vid. Pope's Imitations of Horace.

Lectus quo Incubo opportunus decumbit; duriusculus esse debet, quo fit ut ad situm mutandum pronior sit, caput quoque aliquantum elevari debet.

Quoniam nunc optime constat sanguinem ad cor et arterias stimulanda, oxygenium ex aëre hauriendo, aptari, semper præcipiendum est, ut Incubo opportunus, in cubiculo aperto effluviis noxiis minime inquinato, aëre novo subinde perflato decumbat.

Secundo consilio subvenimus varios stimulos admovendo, qui ægrum in Incubum prolapsurum excitant, et hoc modo morbum arcent.

Si adsit aliquis qui aëgrum suspiria et gemitus ducere notat, insultum Incubi imminere, suspicandum est; et æger in alterum latus sine mora converti debet.

" Imo novi quendam Incubo olim maxime ob-

" noxium

" noxium, virum alias robuſtum et ſatis ſanum, " qui per duos annos non in dorſum dormivit, quin " illico affectu iſto corriperetur, adeo ut neceſſe " haberet ſervum contubernalem in eodem lecto " decumbentem, admittere, qui ſtatim ac gemitus " et ſuſpiria, quibus affectus iſte incipere ſolebat, " exaudiret ipſum in latus alterum converteret, " quo factum eſt ſemper, ut inſultus iſti precave- " rentur*."—Horologium quoque, quod ſtatis temporibus graviorem ſonum ederet, idem præſta- re poteſt.

Inter ſtimulos qui optime conveniunt, alkali volatile naribus admotum, aſperſio frontis cum fluido, præſertim cum aceto, et frictio præ aliis enumeranda veniunt.

Vis qua ictus electrici in corpore excitando pol- lent, neminem latet, et ſi quando gravior adeſt paroxyſmus haud facile depellendus, in auxilium advocari poſſunt.

Si

* Vid. Lower. de Cordis Motu.

Si Incubi paroxyſmus ſtatis temporibus redire ſolebat, paulo ante ſolitum acceſſionis tempus æger e ſomno ſuſcitari debet, et ſi hoc modo paroxyſmus ſæpius præcaveatur, forſan in deſuetudinem tandem abeat.

Etſi vires exercitatione exhauſtæ ſomno ſolummodo reficiuntur, et natura ſtatuit alternam requiem qua corpus ſuis aptetur muniis, eſſe neceſſariam, certos quoque poſuit limites, quas ultra non licet protrahere ſomnum, quin damnum inſequatur.

De hoc autem certam regulam proferre non poſſumus, quippe, prout homines ætate, conſuetudine, habitu corporis varient, diverſa ſit oportet; modo autem bona ſit voluntas, quiſque, quid propria ejus conſtitutio requirat, facile diſcernat.

Unerring Nature learn to follow close,
For *quantum sufficit* is her just dose.
" Sufficient" clogs no wheels, and tires no horse,
Yet briskly drives the blood around its course;
And hourly to its wastes adds new supplies
In due proportion to what's spent and dies.
While surfeiting corrupts the purple gore,
And robs kind nature of her long-liv'd store;
Tears from the body its supporting soul,
Quite unprepared to reach its destin'd goal;
While long with temperance it might safely dwell,
Until, like fruit quite ripe, it slips it's shell.

Vid. BURTON's Anatomy of Melancholy.

FINIS.